

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

Orationes in Marchio-Badensis Societate Latina ab ordinariis h. soc.
solidalibus habitare - Cod. Karlsruhe 3420,2

Hebel, Johann Peter

[Karlsruhe], 1772-1776

[Meissner, Carl Friedrich]: Austriacae Domus in jungendis nuptiis miram
felicitatem demonstravit, 1778

[urn:nbn:de:bsz:31-99834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99834)

Austriacae Domus

in iungendis nuptiis miram felicitatem
demonstravit

C. J. Meisnerus Theol. Stud.

1778.

3228. I or

Variis modis Europa civitates ad eam, quam olim tenuere, vel adhuc tenent amplitudinem proferre. Lusitaniam navigationum in indiam successus ad summum fastigium provesit. Hispania orbis novus detectus imensas opes addidit. Galliam commercia, arma Borussia illustrare. Austriaca genti præter florentissimas belgii provincias, tria sanctissimas amplissima regna accesserunt. Maximiliano Belgium a Maria Burgundica aditum est. Filius Philippus universa Hispania imperium uxoris jure adeptus. Ferdinandus denique in Bohemia atque Hungaria propter conjugem, ultimo regi apud Mohatzium occiso successit. Sequuntur Laudes Mariae Theresiae. Oratio ad Caesarem ut bello abstinere, et precatio, ut eadem in pace firmanda, qua in jungendis nuptiis austriaco domus sit felicitas.

Oratio.

Historiam uniuscujusq; fere civitatis, in-
 tentius circumspicienti, et altius repu-
 tanti, occurreret certe ingens exemplorum
 copia, qua proprio quamque ac singula,
 et quodam felicitatis genere eminuisse
 evincitur. Lusitania regnum magna-
 dinem suam ac prosperitatem potissi-
 mum detectionibus in india orientali
 debet. Hispania eadem causa sumis auc-
 ta incrementis. Borussia bella felici-
 ter gesta in amplissimum evesere fas-
 tigiū. Sed quid attinet ex immenso nu-
 mero pauca eligere? Latimini nunc vero

Auditores condecoratissimi; ut de alio
 jam felicitatis genere apud vos verba fa-
 ciām, Austriacae domus in iungen-
 dis nuptiis miram felicitatem comon-
 straturus. Meae quidem tenuitatis con-
 scientia deteritus, ab illo abstrahere incip-
 to debuissim, Tuo vero, quem toties jam
 expertus sum, Director Excellentis-
 sime, favore, vestra, Sodales praestan-
 tissimi, benevolentia fretus, de re ejusmo-
 di exponere institui, cui vices meas im-
 pares esse necesse est, confitear. Potentis-
 simo illo, qui totam fere Europam fama
 et gloria implevit, principe Carolo,
 qui audacis nomine insignitur, veteris re-

staurare regnum Burgundicum molituse-
 rat, humanis rebus crepto; sola, ad quem
 hereditas, tanti principatus perveniret, su-
 pererat, Maria Burgundica. Multi qui-
 dem ut perquam nobiles nuptias ambibant,
 sed reservatum hoc tantum decus erat
 Maximiliano ex gente austriaca, qui uni-
 versum sic possessionibus suis addidit Bel-
 gium. Equidem postea crebris provincia
 Belgica motibus agitata sunt. Namque fac-
 ta inter duos austriacos fratres divisione
 terrarum, ad Hispaniam traditum est
 Belgium. Mox Philippi, patri Carolo
 dissimilimi successoris, nil prater fastum,
 ac severitatem spericans imperium, flagran-
 tissimam exivit Belgarum seditionem

Septemq; provincia, armorum adversus
 oppressores felici successu, ab Hispano-
 rum dominatione prorsus avulsa, hodie
 etiam libertatem tuentur. Haud ignobilem
 partem post id tempus ingruentia bella,
 gallis indicaverunt. Sed tamen, quod reli-
 quum erat Belgii, deficiente Hispano-
 Austriaca stirpe, ad Austriam rediit, que
 illud ad hoc usq; tempus obtinet, quanquam
 irrito Philippi quarti consilio, universo
 Belgium, Isabellam Eugeniã carã im-
 primis et dilectam filiam, Alberto archi-
 duci in matrimonium collocando, austria-
 ce gentis adicere conantis. Magnum at,
 que insigne jam id austriacæ felicitatis

documentum est. Restat nunc ut de alio
dicam, potentioris forsitan momenti, quo
effectum est, ut austriaca domus ditiones,
cum totius Hispanie regno coaluerint. Deinceps
de quo verba nunc facio, Philippus
ille fuit Maximiliani primi filius, cui
Iohanna Ferdinandi catholici filia nupsit;
duorum Imperatorum quatuorve filiarum
progenitrix, totidem regum conubio illustrata;
ipsa vero insanabili mentis imbecillitate,
ex nimio conjugis amore; uti ferunt, correpta,
et coque regimini inhabilis. Quo factum
est, ut quod ipsi competebat, imperandi
ius, ad maritum, deinceps ad filium
Carolum spectaret, celebratissimum imperato-
ratorem. In ea quidem accessione Hispania

nici regni, vel maxime admirabile fuit, quod
 ab initio nulla illius spes ex isto matrimonio
 apparuerat, superstiti tunc ejus regni here-
 de, florentissima etatis principe, ac pra-
 terea Lusitania regina, Ferdinandi Catho-
 lici filia nata maiori, qua principem
 etiam filium enixa est, qui omnium opi-
 nione futurus Lusitania Hispaniaq; heres
 praesumebatur. Sed volente sic fortuna
 trium horum principum imatura in-
 spectatoq; obitu successio Austriacis pa-
 rabatur. Ad regnum ad Carolum usq;
 secundum per ducentos fere annos ten-
 ere. Quippe Carolus ad hoc fastigium
 proventus, liberaliter relicto Fratri Fer-

dinando, quocumque in Germania erant auf-
 triaco jure, civitatibus, Belgio tantum
 sibi servato, austriaco-Hispanico stirpis
 Progenitor existit. Quo tandem cum Ca-
 rolo secundo ipso hujus seculi initio exstinc-
 ta, Leopoldus, unus e numero felicissi-
 morum illustrissimorumque Germania im-
 peratorum, universae gentis suae tum ca-
 pat, qui porro Margaretham Theres-
 sciam, Philippi quarti Hispanorum
 regio filiam in matrimonio habuit, fami-
 liae suae in Monarchiam Hispanicam
 jus armis exequutus, gravissimum
 bellum suscepit. Neque vero tamen re-
 cuperari potuit Hispania, quae post acerri-

ma plurimorum annorum certamina.
 Borboniorum genti, etiam nunc ibi
 regnanti, tandem cessit. Progredior ad
 aliud. Ferdinandus quidem supra me-
 morati Philippi alter filius, Sororenda,
 dovici secundi ultimi de Hungaria regis
 stemate, uxorem duxit. Hoc in bello
 adversus Turcas apud Mohazium anno
 millesimo quingentesimo sexto et vicesimo
 octavo, in utroque Hungaria et Bohemia
 regno ex pactiois jure ad Ferdinandum
 venit successio. Adversabantur
 ei partim Hungariae principes. Inde
 bellum cum Turcis coortum est. Tan-
 dem vero turba sedata, hostes victi sunt.

Ex eoque tempore Hungari, ut et Bohemi,
 summa cum voluntate beatissimo Austria-
 corum imperio parent. Itaq; tribus, quas
 memoravi, patris, filii, nepotis ve nuptiis,
 tria amplissima regna, mira sane felici-
 tate, Austriaca familia accipere, ex quibus
 duo eidem adhuc supersunt. Neque vero
 mirabimur, tribus id contigisse, si ex ve-
 terioribus ejusdem gentis analibus exem-
 plum referre libuerit Alberti secundi, cui in-
 tra unius anni spatium, tria uni impe-
 ria obtigerunt; unum quidem libera
 Germania principum electione, reliqua
 duo clem. fortunatissimis nuptiis,
 inter ipsam contractis, et Habsburgam.

Sigismundi imperatoris, qui Hungariam
 Bohemiamque simul obtinebat, filiam,
 ac heredem. Ac licet post ea regna ad alias
 familias ad tempus migraverint, eo tamen
 modo, quem memoravimus, in perpetua
 possessionem Austriacis redita sunt. Sed
 quid opus est, Auditores honoratissi-
 mi, in vetustissimorum temporum me-
 moriam reverti, quum recentibus sa-
 tis, quaeque ipsi vel audivimus vel vi-
 demus, exemplis austriaca domus in jun-
 gendis nuptiis rara felicitas abunde patet.
 Maria Theresia, ornamentum, non
 unius tantum regni, dulce Germania de-
 cus, lumen civium, gloria saeculi, ad

miratio posteritatis, ista, inquam, laudatissi-
 ma foemina, trium imperatorum uxor
 filia, materq; provida, ut nepotum quoque
 nepotes, sapientiam, prudentiamq; ejus in
 efformandis liberorum moribus, venerabim,
 ut admiraturi. Quo quidem effectu
 est, arbitror, ut maximi Europae principes
 tot virtutibus splendentis domus adfuerint,
 tem sibi expeterent. Haec altera filia ejus
 amabilissima, Maria Antonia, potentissi-
 mi florentissimiq; nunc Galliarum regis
 moderatrix existit, altera utriusq; Itri-
 liae regnum amplissimum tenet. Tunc in
 peratorum optime, maxime, Iosephi! pacifera
 manu tempestatem atrocissimam, Germa-

nia tua imminentem, averte; terribili Mar,
 ti redde arma sanguinolenta; noti ea in
 propria foire viscera pati; ad consequen-
 dum pulcherrimum Patrie, Parentis, nome,
 majorum horum, manifestum tibi de-
 signantium iter, et vestigia preme.

Harie sanguini; Profliga comuni salute
 inimica bella. Transige, si qua potest effici
 ratione, cum rege et potentia ac viribus va-
 lidissimis, in¹umerosq² gloria et ingenio³,
 structissimis. Subminantes, vos lumina gor-
 manie, condite enses, jungite amica dex-
 tras, redditeq⁴ magnanimi quietem, centu
 triumphis potio⁵rem, pulchriorema⁶;
 Certate in⁷vicem, utri⁸ vestrum meliori⁹

bus Patriam legibus componat, epulemque
reocet copiam ac fidem. Hoc agas Iosephe,
pie, auguste! ut austriaca domus eadem
in pace firmanda, qua in iungendis nup-
tis felicitas apud posteros pradicetur.

In nomine domini Amen
 In diebus illis. In diebus illis.
 In diebus illis. In diebus illis.
 In diebus illis. In diebus illis.
 In diebus illis. In diebus illis.

Inter o
 flutti
 Die
 cōcla
 Ita ceter
 vel ma
 quia ob
 vitare.
 itia su
 huc qu
 ne inpi
 cum fib
 tia et e
 incipi
 tam es
 aliquan
 meris a
 tur. De